IN · NOMINE SANCTISSIMÆ

et indiuiduæ Trinitatis Pris et filij et spiritus sancti Amen Cum sit quod sanctorum reliquias quorum animas non dubitamus in coelo cum Christo regnare Vniuersi Christifideles pio affectu venerari debemus in terris vt Dei uenerantes amicos nos diuinis beneplacitis complaceamus
et eorum qui corpora sua propter diuini nominis exaltationem et fidei Christi defensionem diuersis tormentorum generibus patienter ad supplicia tradiderunt patrocinia nobis uendicantes quod nris meritis non valemus apud Deum eorum meritis et intercessionibus obtinere mereamur
Hinc est quod anno a natiuitate Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Inditione septima die uero septima mensis februarij Pontus in xpo Pris et Dni nri Dni Clementis diuina prouidentia papæ octaui anno tertio In mei publici Notarij testiumq; infratorum pntia
Personaliter constitutus admodum R. P. Petrus de Morales Rector Collegij Angelipolitani et Procurator Prouinciæ Mexicanæ pbr Societatis Jesu in partibus Indiarum Occidentalium in Cimiterio sanctæ Ciriacæ sito in agro Verano in via Tiburtina contiguo ecclia sancti Lauren=
tij extra muros dictæ vrbis Romæ vnius ex septem Ecclesijs principalioribus vrbis et orbis et vigore Irarum Apostolicarum in forma Breuis sub annulo Piscatoris expeditarum et sibi ab eodem dno nro Papa concessarum Per quas eidem R. P. Petro de morales vt ex quibuscumq;
Basilicis, Ecclesijs, Monasterijs vrbis et in illius muros non tamen Principis Apostolorum et trium fontium aliquas sacrosanctas reliquias non tamen ex insignioribus de consensu ibi presidentium recipere et extrahere ac secum deferre easq; in quibusuis ecclesijs reuerenter collocari facere
libere et licite posset licentiam et facultatem concessit et als prout in dictis lris sub dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima quinta January 1594 plenius continetur. Quiquidem R. P. Petrus Rector luminaribus accensis vna mecum Notario
et testibus infratis de licentia imbi presidentium intrauit dictum cimiterium in cuius primo ingressu intra dictam ecclesiam in parte superiori portæ est humoi descriptio vz Hec est tumba illa toto orbe terrarum celeberrima ex cimiterio sanctæ Ciriacæ matronæ ubi sacrum si quis
fecerit pro defunctis eorum animas a purgatorijs poenis diui Laurentij meritis euocabit. Et a proprijs sepulchris manibus suis proprijs reuerenter ac deuote extraxit reliquias infratas Videlicet, De sancto Adalesio martire De sancto Agaristo martire De sancta Florina Martire
De sancta Eufemia martire De sancta Agatha martire De sancta Irene martire et de reliquijs aliorum plurimorum martirum quorum nota scripta sunt in libro vitæ et aliorum sanctorum et sanctarum Ex quibus sacris reliquijs dictus R. P. Petrus de Morales dedit me et
testibus infratis pntibus extantibus in dicto Cimiterio R. P. Joanni Junceda religioso dictæ societatis reliquias infratas Videlicet Et primo de capite sancti Adalesij partes duas et costas duas, ac vlnam brachij integram et duas vertebras ex quibus constituta est spina dorsi Item
partem magnam capitis et partem magnam tibiæ et partem magnam vlnæ ac molares tres et dentem vnum sanctæ Florinæ virginis et martiris / Item de sancta Agatha martire partem magnam tibiæ, et os pollicis, et os genu ac molarem vnum / Item de sancta
Eufemia virgine et martire ossa duo ac vlnam brachij et partes duas costæ et molares tres et dentes duos / Item de sancto Agaristo martire ossa duo genu quatuor partes ossorum tibiarum, et vlnam brachij ac molarem vnum Item de sancta Irine virgine et martire
partem magnam ossis vlnæ brachij et molarem vnum Item de sancto Generoso aliquas partes capitis et molarium Item de sancto secundino dentem vnum et aliqua ossa Item de sancta Ispetta tibiam integram et alia ossa capitis et aliarum partium. Item de sancta
Irene partem magnam capitis et aliquos molares, Item de sancto Felice molarem vnum et alia ossa Item de sancta susanna molarem vnum et alia ossa Item de sancto Cnemerio partes duas tibiarum et dentes septem et molares duos Item tibias quatuor et vlnam brachij
integras aliorum sanctorum quorum nomina scripta sunt in supto libro vitæ. supra cuius sepulchrum erat designata quedam palma magna Quasquidem sanctas reliquias ptus R. P. Joannes Junceda reuerenter ac deuote a se recipiens eas secum detulit [illegible] et intentione
illas collocandi in ecclesijs et locis sacris sibi beneuisis et dandi alijs personis religiosis et sibi beneuisis ut ipsi Christifedeles exinde diuina gratia aptiores reddantur quodq; Dns nr Jesus Christus qui candor est lucis eternæ eorundem sanctorum martirum precibus et intercessionibus
perfectius uota fidelium dirigat et ad gram exauditionis perducat Super quibus omnibus et singulis pns Instrumentum donationis pta feci Actum in dicto Cimiterio sub anno Inditione mense et Pontu quibus supra Pntibus ibidem R. P. Andrea de lilio religioso dictæ societatis
et Angelo Gmo laico Romano ac Dominico Vignarolo testibus ad premissa uocatis spaliter atq; rogatis. Successiue, die vigesima quinta eiusdem mensis februarij sub anno Inditione et Pontu quibus supra prefatus R. P. Petrus Morales ex reliquijs extractis ex ecclia sancti Sebastiani et cimi=
terio sancti Calixti extra muros dtæ vrbis Romæ uigore ptti breuis dedit et donauit pto R. P. Joanni Junceda reliquias Infratas Et primo de sancto Bonifatio aliquas partes ossorum capitis et tibiarum super cuius sepulchro erat scriptum Bonifatius vixit in Chro in pace in dno
anno CCCX Item de sancto Parente, aliquos dentes et molares et partes capitis Item de sancto Theodosio aliquas partes capitis et tibiarū et aliquos dentes, Item de sancto Teotomio aliquas partes ossorum capitis et tibiarum Item de sancta Afflicta super cuius
sepulchro erat scriptum Afflicta in pace, partes duas ossorum tibiarum et alias duas capitis Item de sancto Superantio super cuius sepulchro erat sculpita quedam palma et Christus et subtus, Superantius, et intus sub capite et medio corpore erat quantitas sanguinis
quasi recentis, et residuū sepulchri et corporis ubi non erat dtus sanguis erat coloris terræ. cuius sancti dtus R. P. Petrus Morales dedit pto P. Joanni Junceda fere tibiam integram et magnam partem alterius, et de dicto sanguine et molarem vnum,
Item de quodam sepulchro facto in testitudinem ad modum capellæ quod quidem erat totum depictum, ad cuius manū dexteram erat depicta imago beatæ Mariæ cum eius filio in brachijs, et tres uel quatuor sacerdotes quorum vnus stabat
genibus flexis ante Christum, et ad manū sinistram erat depictus Christus dns nr cū pecore in humeris, et exitus populi Israel ab Egipto et super dto sepulchro nauis a qua proijciebatur Jonas propheta in mare, et paulo inferius vnus Juuenis
crucifixus ad similitudinem diui Petri vertice humum respiciente, et idem sanctus Petrus prope eundem Juuenem, quasi exortans eum ad martirium, ex quo sepulchro extraxit idem R. P. Petrus Morales aliquas reliquias ex quibus dedit dicto
P. Junceda aliquas partes ossorum genu et tibiarum Quas omnes supetas reliquias idem R. P. Joannes Junceda recepit cum omnibus honore et reuerentia ad effum illas collocandi in ecclesijs et alijs locis pijs ac alijs religiosis personis sibi ut supra beneuisis
Pntibus ibidem Alfonso Rodriguez religioso dictæ societatis et Andrea Vasquez Castellano testibus ad premissa vocatis atq; rogatis. / F die approbo ego Notarius infratus //

Et ego Sebastianus Martre clericus Tarraconen diocesis publicus aucte aplica Notarius et in Archiuio Romane Curie descriptus Quia omnibus et singulis premissis dum sic vt premit=
titur fierent et agerentur Vnacum prenominatis Testibus presens interfui eaq; sic fieri uidi et audiui Ideo hoc presens publicum instrumentum manu aliena mihi fida
scriptū exinde confeci subscripsi publicaui et in hanc publicā formā redegi signoq; ac note et cognote meis solitis et consuetis communiui in fidem premissorū rogatus et requisitus

Collegium Arch. Rom. Curiæ Scriptorum, Vniuersis et singulis presentes Litteras legalitatis Inspecturis, fidem facimus, et in verbo veritatis supradictum D. Sebastianum Martre de supra[illegible]
Instrumentis ut in eis rogatum tamdiu fuisse et de pnti esse Notarium publicum legalem et in Archiuio Roman. Curiæ descriptum bonorum vocis nominis condiţ et famæ pro talia habitum [illegible]
et reputatum habendumq; Fidem et reputan Instrumentis [illegible] et alijs actis publicis per eum [illegible] et subscriptis adhibeatur fuisse [illegible] In quorum fidem [illegible] Dat.
Romæ in Palatio Romanæ Curiæ [illegible] Archiuij Sub anno a Nat. D. Millmo quingmo Nonagmo quarto Ind. ne septima die uero [illegible] septima mens. martij Pont. autem
Smi in xpo patris et D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papa octaui anno eius Tertio

Perg. 6

Ejem.to de varias religiosas [illegible]
[illegible] Morales y el [illegible]
Granada